Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

eis / etem in sabe / cariathaim / et
astaroth et chorreos / in montibus
seir / usque ad campestria pharan
que est in solitudine / Reuersique sunt /
et venerunt / ad fontem messphat
ipsa est cades / et percusserunt omnem
regionem amalechitarum et amor
reum / qui habitabat in asason /
thamar / Et egressi sunt rex so
domorum / et rex gomorre / Rex
quoque adame / et rex saboim / Nec
non rex bale / que est segor / et
direxerunt contra eos aciem in ual
le siluestri / scilicet aduersum chodola
homor regem elamitarum et tha
dal regem gencium et amraphel
regem sennaar / et arioth regem
ponti iiiior aduersus quinque / Vallis
autem siluestris habebat puteos
multos bituminis / Itaque rex sodo
morum et gomorre terga verterunt
cecideruntque ibi / et qui remanse
rant fugerunt ad montem / Tule
runt autem omnem substantiam sodomorum et
gomorre et vniuersa ad cibum
pertinent et abierunt / Nec non et
loth et substantiam eius filium fratris abram
qui habitabat in sodomis / Et ecce
vnus qui euaserat nunciauit ab
ram hebreo / qui habitabat in conual
le mambre amorrei fratris es
chol et fratris aner / hii enim pepi
gerant fedus cum abram / Quod cum
audisset abram / captum videlicet
loth fratrem suum numerauit expedi
tos vernaculos suos trecentos
decem et octo / et persecutus est eos
usque dan / et diuisis sociis ir
ruit super eos nocte / percussitque
et persecutus est eos / usque hoba
que est ad leuam damasci / Re
duxitque omnem substantiam et loth fratrem
suum cum substantia illius / mulieres quoque
et populum / Egressus est autem rex

sodomorum in occursum eius postquam reuer
sus a cede chodorlahomor et re
gum / qui cum eo erant in valle sabe /
que est vallis regis / At vero
melchisedech rex salem / proferens
panem et vinum / erat enim sacerdos dei
altissimi / benedixit ei et ait / Benedictus
abram deo excelso / qui creauit
celum et terram / et benedictus deus
excelsus / quo protegente hostes
in manibus tuis sunt / Et dedit ei
decimas ex omnibus / Dixit autem
rex sodomorum ad abram / Da mihi
animas / cetera tolle tibi / Qui respondit
ei / Leuo manum meam ad dominum deum
excelsum / possessorem celi et terre
quod a filo subtegminis usque ad cor
rigiam calige non accipiam ex omnibus
que tua sunt / ne dicas / ego di
taui abram / exceptis hiis que co
mederunt iuuenes / et partibus vi
rorum / qui venerunt mecum / Aner
et eschol et mambre isti accipient
partes suas ~ Capitulum 15m

Hiis itaque transactis factus
est sermo domini ad abram
per visionem dicens / Noli timere abram
ego protector tuus sum / et merces
magna nimis / Dixitque abram / Domine
deus / quid dabis mihi ego vadam
absque liberis / et filius procuratoris
domus mee / iste damascus elie
zer / Addiditque abram / Michi autem
non dedisti semen / et ecce verna
culus meus heres erit / Statim
que sermo domini factus est ad eum dicens
Non erit hic heres tuus / sed
qui egredietur de vtero tuo / ipsum
habebis heredem / Eduxitque eum foras
et ait illi / Suspice celum et numera
stellas si potes / Et dixit ei / Sic
erit semen tuum / Credidit ab
ram deo / et reputatum est ei ad
iusticiam / Dixitque ad eum / Ego